



**Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. II. De pluribus casibus in specia, in quibus nihil est innovandum, lite  
pendente.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

## TITULUS XVI.

## UT LITE PENDETTE NIHIL INNOVETUR.

## §. I.

*Quando lis dicatur pendere, &  
quomodo intelligenda sit regula illa,  
lite pendente nihil esse  
innovandum?*

**L**is in ordine ad hujus tituli finem, ut nihil scilicet iuuetur, per quod litis pendentes qualitas, statu'sve cauæ, in præjudicium alterutrius litigantis immutetur, pendere dicitur, postquam citatio à judice competente (quâmis hic per oppositam exceptionem ut suspectus v. g. elidi posse) emanavit, ac ad partem citatam pervenit, vel per hanc stetit, quod minus citatio ad eam perveniret) quia per quem stat, ne citatio ad se perveniat, habetur pro citato) dummodo in citatione ea sint expressa, per quæ plenè reus citatus potest instrui, super quibus in judicio conveniatur. *Clement. Cum lise 2. b. t.* Et hinc lis pendente dicitur à citatione usque ad sententiam definitivam, si ab hac non fuit appellatrum, nec in rem iudicatam transit, & per sententiam interlocutoriam lis finita non censetur, nisi iudex pronuntiet, competentem se iudicem non esse.

## §. II.

*De pluribus casibus in specie, in  
quibus nihil est innovandum, lite  
pendente.*

**E**x c. *Memoria. 1. b. t.* patet, quod rescriptum, pendente lite in præjudi-

cium possessoris litigantis imperatum, nullum sit, & subreptitium, nisi litis pendentes mentio fuerit facta, cum de Principe aut Papa præsumi non possit, quod rescriptum concedere voluerit in præjudicium legitimi possessoris, prout etiam sumitur ex c. *Dilectio 5. b. t.* & habetur etiam in c. *Causam 19. juncta Glossa. De testibus.* Et si lex juris communis de novo emanans non extenditur ad causam litis jam motæ, sive pendentis, absq; speciali mentione, multò minus absque expressa mentione speciale rescriptum ita extendendum est, tanquam odiosum, & à communi jure exorbitans, quamvis motu proprio concessum esset.

**S**ecundò, Ex c. *Landabilem 2. b. t.* patet, quod conjux ab altero conuge ad separationem thori accusatus, non debet à iudice, pendente lite, possessione sui conjugis privati, donec crimen de eo legitimè probatum sit, cum non debet sine culpa jure suo privati.

**T**ertiò, ex c. *Ecclesia 3. & 4. b. t.* habetur, quod res litigiosa, super qua inter actorem & reum lis penderit, extra casus à jure permisso, de quibus *Glossa in cie. c. 3. V. Litigiosi b. t.* pendente lite, alienari non debet, nec possit (ut ne durior conditio parti litiganti imponatur) & si alienata talis res fuerit, ac recuperari non possit, qui alienavit, rem aliam æquivalentem in ejus locum substituere debet, quæ & ipsa, pendente lite alienari non possit.

possit, cum subrogatam assumat naturam  
& conditionem ejus, cui subrogatur.

## §. III.

*Quomodo nihil innovandum sit  
lite pendente in causis beneficialibus?*

**I**N causa, quo duo in discordia electi  
præsentati, postulati, &c. ad eandem  
Prælaturam inter se apud Iudicem com-  
petentem litigant, & unus ex illis, pen-  
dente lite, moriatur v. g. aut juri suo re-  
nuntiet, & à persecutione cause cesseret,  
non potest ad aliam electionem, lite cir-  
ca alterum pendente, procedi, ita ut  
nova electio attentata sit ipso jure irrita,  
*c. Diffendiis 1. b. t. in 6.* (Nisi notoriè  
confer, item tam in fraudem novæ  
electionis motu fasce, & neutri litig-  
antium ius aliquid competere.) Sta-  
tuente hoc Bonifacio octavo contra jus  
antiquum in *c. Ex parte 10. De arbitris.*  
ne superfici litiganti jus suum admatur,  
non examinata causa, & ut scaturit, cui-  
nam pro illa vice jus eligendi competit.  
Pari modo, si lis alicui super beneficio  
jam obtento moveatur, non debet alteri

fieri collatio hujus beneficii, super quo  
lis mota est, etiamsi lite pendente ille  
moriatur, donec contra superficiem,  
qui item movit, fuerit haec finita, pro-  
ut statut Pontifex in *c. Si ij. 2. h. t. in 6.*  
Quid si vero duo de beneficio litigant  
in Curia moriantur, collatio talis be-  
neficii ad Papam pertinet, & ad Ordini-  
arium, si uterque extra Curiam moriatur  
nisi non tam ad illos, quam ad tercium  
aliquem jus beneficij talis pertineret. Si  
autem unus in Curia moriatur, & alius  
extra Curiam, ille vero, qui in Curiam  
ritur, beneficium possederit, ad Papam  
iterum periret collatio, ad Ordinarium  
autem, si ille possedit beneficium, quod  
extra Curiam moritur, si vero neque  
possidebat, uterque tamen mortuus est,  
unus in Curia, alter extra, collatio per-  
nit ad Pontificem, si superfit tam  
unus litigantium, & item prosequatur  
non conferunt beneficium, dum lis per-  
der, confertur tamen a Papa, vel Ordi-  
nario, prout litis decisio, vel pro defini-  
to in Curia, vel pro alio facta fuit, a  
statuente *Clement.* Si duobus 1. b. t.

## TITULVS XVII.

DE SEQUESTRATIONE POSSESSIONVM  
ET FRUCTUUM.

## §. I.

*Quid sit sequestratio, sive seque-  
strum, & quoniam, & quare se-  
questri possint?*

**S**equestrum est rei controversæ, vel  
fructum ejus apud quandam ter-

tium, & inter litigantes medium, qui lo-  
querter dicitur, facta depositio, ut illa  
finis ei, qui vicerit in causa, restituatur.  
Sunt quidem, qui volunt possessionem  
transferri in Sequestrem, si judicis audie-  
ritate, invito etiam possidente, res seque-  
stretur; contrarium tamen est probabile